SVMMA, SIVE AVREA ARMILLA.

BARTHOLOMÆI FVMI Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquiſitoris.

Breuiter ſtrictimq́; omnia continens, quæ in iure canonico apud Theologos, & omnes Summas circa animarum curam diffuſe diſperſeq́; tractantur.

ANTVERPIAE,
Apud Viduam & Hæredes Ioan. Steelſij.
M. D. LXX.
CVM PRIVILEGIO.

fr. Mel.or Feyjó
Ord.is Prædic.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

REVERENDISSIMO D. D. CATELLANO TRIVVLTIO, EPISCOPO PLACENTINO, COMITIQVE,

FR. BARTHOLOM. FVMVS VILAVREN. PLACENTINVS, ORDINIS PRAEDICATORVM, AC HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR,

S. D. P.

SVMMVS ille rerum omnium artifex Deus optimus Reuerẽdiſsime Archimandrita noſter, antequam vllas conderet creaturas, in ſeipſo ſufficiens, omnem perfectionis plenitudinẽ, omnem excellentiæ gradum, omnẽ denique entitatẽ (vt ita loquar) modum perfectiſsimè complectebatur. Verũ quoniam (diuo atteſtante Dionyſio) boni natura hæc eſt, vt ſeſe alijs communicet, mundum hunc multifariæ rerum ſpecies continentem, in quibus ipſe orbis artifex multis modis ſuam oſtenderet maieſtatem, plaſmare decreuit. Vnde ſupermundanos primũ illos ſpiritus, tribus Hierarchijs partitos, nouem pariter ordinibus diſcretos protulit, in quibus inexhauſtæ bonitatis ſpecimen depinxit, ſéque ab eiſdem per intellectualem cognitionem participandũ exhibuit. Dehinc tornatiles cælorum globos, radioſum Solis iubar, pallentem Lunã, fulgentia aſtra, mirabili impoſuit harmonia, quæ omnia proprijs motibus perpetua lege, cõgruenter aptauit. Quatuor poſtmodum finxit elementa, ignem videlicet aërem, pontum, & aridam, in quibus animantia quæque, præcipuè hominem ad ipſius Dei optimi imaginem formatum, collocauit. At ne miſeri mortales improba vrgerentur fame deperirẽtq́; lubricos vndis piſces, dulcia arboribus poma, virentia cãpis gramina producere mandauit. Sicq́ue factũ eſt, vt mundus iſte ita examuſsim, et perpulchrè cõpactus fuerit, vt melius rectiuſque fieri nequiuerit, quandoquidem ſuperuacuaneũ, vel otioſum nihil ſit reperire, neque neceſſarium quicquam in eo deeſſe cõtingat. Vnde fit, vt creaturæ omnes, & quæ præſertim ratione vigent, authorem ſuum toto virtutis conamine ſtudeant imitari: Ita ſiquidem, vt gratiam, & bonitatem, quam à Deo optimo gratis acceperunt, gratis impartiantur, ne cũ extremo vitæ termino ante tremendum Dei tribunal ſteterint: Vt quid pecuniam meam in ſudario repoſitã ſeruaſti, audire cogantur. Igitur iuxta viriũ mearũ menſurã aliquid commodi alijs afferre cupiens laborem hunc haud paruum, humeris meis certè imparem, animarum me ardore ſtimulante, libenter aſſumpſi. Conſpiciens itaque in enucleandis conſcientiæ caſibus ſummarum lata volumina, perplexas materias, opinionum varias ſententias, multiplices diſtinctiones, infinitas Doctorum citationes, & prolixam diſputationum ſeriem, legentium animos ad nauſeã prouocare, quamplureſue ſacerdotes diſputationibus non aſſuetas, à veritate ieiunos relinquere, laſſaſq́ue eorum mentes confundere librum hunc, quem Armillam Auream appellare dignũ duxi ſummo ſtudio, nec minori labore edere curaui. Armillæ in manibus mulieres Hebrææ, vt in Ezechiele legere eſt, Sabini verò

REVERENDI PATRIS FRATRIS BARTHOLOMAEI FVMI, VILLæuren. Placentini, Prædicatoriæ familiæ profeſſoris, prauitatiſque hæreticæ inquiſitoris,

AVREÆ ARMILLÆ PRINCIPIVM.

1 ABBAS debet annũ vigeſimum quintum incœpiſſe. cl. generalem de ætat. & quali. ord. & eſſe presbyter extra. e. ti. c. 3. & à monaſterio, cui debet præeſſe, eligi. c. abbatem, 18. q. 2. de eodemq́; monaſterio, ſi ibi ſit perſona idonea, eligi: alias de aliis monaſteriis. eadem. q. c. quam ſic & Panor. in c. cùm monaſterium. de elect. Non profeſſus, vel alterius religionis, eligi non poteſt, quamuis poſtulari. Debet à prælato immediatè ſuperiori confirmari. ſecundum Hoſt. & ab Epiſcopo diœceſano benedici, nec ante benedictioné debet ordinare. c. quoniã videm⁹. d. 69. ſi tamé cõſuetudo eſt, q; benedicatur: ſecundũ quoſdam.

2 ABBAS nõ poteſt preęſſe, vel pertinere ſimul ad duo monaſteria, niſi vnum ſit ſub alio, vel ad aliud pertineat. de relig. dom. c. vlti. fin.

3 ABBAS poteſt facere, quæ ad officium ſuũ pertinẽt, ſi Epiſcopus tertiò requiſitus cum humilitate, recuſet eũ benedicere, de ſup. negligẽ. pręla. c. 1.

4 ABBAS non poteſt renũciare exẽptioni ſuæ. de arbit. c. cum tempore.

5 ABBAS poteſt abſoluere monachos ſuos ab omnibus peccatis & cẽſuris, niſi ſpecialiter alteri de iure reſeruentur. ſecundum Innoc. in c. nuper. de ſent. exc. & Tho. in 4. ſen. d. 18. q. 2. a. 1. q̃l. 1. & Arch. Flo. 3. part. titu. 24. c. 77. Panor. tamẽ in c. monachi. de ſent. exc. tenet contrarium, contra communem opin. prædictorum, & aliorum multorum Doctor. Sunt etiam inſpicienda eorum priuilegia, ſuper huiuſmodi.

6 ABBAS presbyter benedictus, vel ſecularis, ab Epiſcopo, poteſt conferre omnes ordines minores in ſuo monaſterio, & ſuis monachis, ſeu illis, qui vt efficiantur monachi, illuc acceſſerunt, omnibus etiam ſecularibus, ſuper quibus habet quaſi Epiſcopalẽ iuriſdictionẽ, & etiam in alio monaſterio, ſi eſt inuitatus ab eius Abbate, & illud monaſterium ſit exemptum, poteſt conferre, aliàs non: ſecundum d. Anto. poſt Hoſt. in c. cùm contingat. de ætat. & quali. ordi. & eadem ratio eſt de omnibus ordinibus minoribus ſecundùm Doct. & præcipuè Arch. in c. quoniã. d. 69. quia hoc priuilegiũ latè interpretandum eſt. quoniam alteri non præiudicat.

7 ABBAS poteſt diſpenſare cũ monachis ſuper irregularitate, quã recipiendo ordines in excommunicatione contraxerunt, facti tamen memoriam, vel iuris peritiam non habẽtes, & factum non fuit enorme. ſecundũ communiter Doct. in aliis autẽ irregularitatibus non poteſt de iure cõmuni, ſecundum Panor. in c. illorũ. de ſent. exc. niſi expreſſè ius commune concedat. Poteſt etiam diſpenſare in votis ante religionis ingreſſum factis. ſecundùm gl. in c. noluit. 33. q. 5. facta verò in religione, irritare, & annullare. infrà, Votum. 7. & 9. Sunt tamen videnda eo-